

**Epicedia Sanctis consecrata Manibus Clarissimi atq[ue] Exercitatissimi Philologi,
& Philosophi, Dn. M. Georgii Schedii; Scholae Gustavoviensis per annos XXI.
Rectoris ...natus ... Anno 1579. d. 29. Aug. ... Denatus ... 1650. d. 12. Dec. ...**

Rostochi[i]: Richelius, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777429748>

Druck Freier  Zugang



EPICEDIA
Sanctis consecrata Manibus
*Clarissimi atq; Exercitatisimi Philologi,
& Philosophi,*

DN. M. GEORGII
SCHEDII;


Scholæ GUSTROVIENSIS per annos XXI,

RECTORIS meritissimi, &c.

Qui natus Glauchæ sub Dynastia Schönburgica Anno
1579. d. 29. Aug. factus primum Cædæ Urbe Bohemorum Regiæ RE-
CTOR Scholæ Lutheranæ, postea Comodoviæ, inde à Pontificiis pul-
sus in exilium An: 1622, vocatus ab ILLUSTRISSIMO, & REVE-
RENDISSIMO PRINCIPE ac DOMINO DN. HULDERICO, Heredæ Nor-
vegicæ, Episcopo Sverin. &c. Anno 1623. ad Recturam Scholæ Buzo-
vianensis, & tandem An: 1629. ad gubernationem hujus Ducalis Gymna-
sii. Denatus & in patriam cœlestem adoptatus An: 1650. d. 12. Dec.
intra 4 & 5. horam vespertinam, cum vixisset annos 71. hebdom. 15.
Corpus d. 22. ejusd. mensis humeris Scholæ, & funere honorifico
elatum terræ demandabatur in Temp. Cathedrali.



Rostochl, typis Johannis Richelii, Senat. Typogr.



EN τῷ βῳ κείτῃ ΣΧΕΔΙΟΤ Ἐ λείψαντα κλαίῃ
 ὅς πρῆς μνήμης τ' ἄξιον αἰδία.
 Τῷ γδ ἔχῃ ὅσως Σπαρτίω καὶ σμῆν τε τελευτήων
 Ἐν τῇ χειρὶ θεῷ κάμματα κῆρ ὄντι ἀεί.
 Δὸς βίοτιοι τελευτῶν χρεσὲν πολυφίλῳ τε χρεσὲ
 Ἐκ πένθων θ' ἡμῶν χρεσὲ Γάωτε κοκκῶν
 Πάλω μέμνησο βροτῶς τῶ ἀνω ἔχῃων φρονέων τε
 Ἐν κέσμιω τέτῳ ἀσάτῃ πάντῃ μῆρι.

Ultimi honoris causâ

f.

M. S. A. Superintendens.



Ille obiit Rector, quo non præstantior alter,
 Seu pietate fuit, seu probitate fuit;
 Quiq; scholam studuit sarram tectamq; tueri.
 Cui curæ pietas religio sa fuit.
 Mens igitur meritò felix super astra triumphat,
 Fama sed in terris laude perennis orat.

Condoh. scrib.

Hermannus Hartman

Pastor Cathedr. Gustr.



In Beatum quidem; sed Schole Gustr. luctuosum obitum

Dn. M. GEORGII SCHEDII, Rectoris, &c.

Fecerat in SCHEDIO pietas, doctrinâq; gratum
 HOSPITIUM summo conciliante DEO

HOSPI

HOSPITIUM hoc multis ornatum dotibus eben!
 Uno destruxit Mors properata die.
 Quid dicam? si sic PIETAS exstinguitur uno
 Momento, nunquid restat in orbe boni?
 Praesertim hoc a vo, quo nequitiâ dominante
 Disciplina suum nescit habere locum.
 Vos, quibus est pietas, quibus est doctrina, dolete
 Fataq; praclari flete suprema Viri.

Lugens deproperabat

M. Zacharias Schröder.

In Obitum

Dn, M. GEORGII SCHEDII,
 Epicharmi Gultroviensis.

Ὁς παισιν Φρήσιν εἶπε.

I.

Eπὶ ἐτῶν δεκάδρι, καὶ ἐτη δύο ἐσθλῶς ἀνύσας
 Ἡελίοιο Φάσος κἀλλίπεν ὁ Σχέδιος.
 Ζητεῖς, ὦ παροδίται, τὸ δὲ κελάδεις σῆμα ῥήσθητος
 Πῆ γαίης χεῖρ ὡς ἀρὰ θανάτων ἐθεῖς;
 Σῶμα μὲν εἰν ἱερῶ καὶ) Λάφα, πνεῦμα ἔβαινε
 Αἰθέρος εἰς μεγάλει ἀστερόεσσιν ἔδριεν.
 Ἄλλ' ἀρετῆ καὶ ἐπαινοῦ ἀθέσφατος εἰς χθόνας πάσων
 ὦχεθ', αἰετῶν ἀπὸ μύθου περιότων.

II.

O venerande senex, ὁ Compater & COLLEGA,
 O columen nostri nobile Gymnasii!

X 2

110

Tu mihi bis, denos sincerus Amicus in annos
Extiteras, sed nunc cœlica regna petis.
Proscholus ipse, pia speculum probitatis, imago
pulchra Viri justî, pulchra corona Scholæ.
Nunc ego deberem mactare poemate Manes,
Ni scirem pariter fata propinqua mihi.
Interea donec nostri conjunctio fiet,
Mæstus ego bastis thura litabo tuis.

III.

Accumulare solet superaddita foenora foenus,
Quod Græci vocitant solenniter *Ἀραβυστὸν*.
Non aliter SCHEDI crevère talenta GEORGI,
Quæ Deus in largos ipsi concesserat usus.
Mille viros docuit sacra dogmata, quisq; vicissim
Mille viris eadem Sophiæ mysteria tradit.
O quam magna igitur merces, & gloria cœlo
Servatur SCHEDIO toties ob adaucta talenta!

IV.

Das ist der alte Bund: Wie müssen alle wandern
vom Schauplatz dieser Welt/ der eine folgt dē andern;
Herr Schedius geht hin/ der Musen theures Pfand/
Der Rector unser Schul: (des Nahme wolbekant
In Schriften überall) befreit von allen Plagen/
und kan nunmehr gar nicht als nur von Freuden sagen/
Die uns noch unbewußt: Er hat erreicht das Ziel/
Ich folge willig nach/ wann/ wo/ und wie Gott wil.

Stephanus Hane, Eccles.

Gustrov. ad S. Cœciliam.

Horre

Horreo! Solstitium Cancrī tulit aspera nostræ
 Fata urbi, Caput incipiens quassare senatus
 Rarum canitie, sed docto rarius usu,
 Virtute atq; fide *Corsejum* lumine clauso
 Sustulit è vivis. Hunc funera plura sequuntur
 Carorum capitum. *Matrona* piissima nonam
 Jam decanda annorum superans cum laudis honore
 Prima fuit, sequitur lachrymoso funere *Quæstor*
Schützius ut gelidæ signum lustraverat ante
 Cynthius *Erigones*, hinc felix mense sequente
 A numero qui primus habet sua nomina, letho
 Non expectato *Medicus* cadit, atq; peritus
 Morborum vindex, nec dum satiata furore
 Parca malo, quintus superadderis & tu
Hinckade senio venerandus & ordine Divum.
 Tristia sic nobis denavit funera cyclus
 Zodiaci, à Cancrī partitus singula signo.
 Horreo! Solstitium funesti cepit eadem
 Sorte Capri Brumale. Caput cadit ecce juventæ
 Indomitæ gentis quatuor præclarus in oris,
 Sic moderante Deo, pressorum vindice, Ductor,
Schedius, annorum ferie, pietate, fideq;
 Inque scholas meritis venerandus falez refectus
 Occubuit mortis, luctum post fata relinquens
 Omnibus, illius quævis non incognita virtus. (tur
 Omne res plena est i Nec plura maligna sequan-
 Damna virum prohibe nostros miserate labores
 U. q; Deus. Viduam solare, & damna Lycei
 Quireparet nobis è dignis delige ab alto.

*Venerando Dn. Seniori Collegæ quondam conjunctissimo
 debite gratitudinis ergo.*

Johann-Francisus Clausing
Eccles. Paroch. Gustror.

Antiqua virtutis homo, fideiq; probata
SCHEDIUS excessit, quid ego audio? nuncius
atrox!

Non igitur possum, quin sanctos carmine Manes
Prosequar, & lacrymis humectem tristia busta.
Quicquid enim Romana tenet, vel Græca vetustas,
SCHEDIUS exactum dextrè callebat ad unguem,
Et nervosè aliis calamo proponere norat
Phœbus & egregiis ipsum donabat jambis,
Carmina sunt testes, queis tædæ sæpe jugales,
Funera queis etiam solitus fuit exornare
Sed merita illius, queis publica commoda solers
Ivit promotum, nequeo comprehendere paucis.
Nos gratamur ei requiem, quam præbet Olympus,
Supremamq; piè meditamur funeris horam.

Ultimo honori m.

Vincentius Lucovius,

Pastor Lohmenfis.



Epitaphium.

Quis rapuit **SCHEDIUM**? Mors. Quis suscipit
(Olympus,
Corpus ubi? Tumulo. Nomen? in orbe volat.

M. P. A.

Pro-

Prospere quadrifido præbet Deus omnia mundo;
Quæis servant proprium cuncta creata genus.
Gratius ast hominis vitæ bonitatis acervus,
Conjuge quid tribuit conveniente? nihil.
Felices etenim sociat quos copula morum,
Legitimoq; tenax, foedere jungit amor,
Durius ast nihil est, infelix aut mage quicquam
Par bene compositum si fera Morta secat,
SCHEDIA tu dolor ah! hæc sentis tristia fata,
Compare dum celebri dissociata jaces.
Constristor tecum merito per viscera cuncta,
Et stupet ad verbum mens mea triste gemens.
Sed nihil efficimus; lacrymas ponamus uterq;
Et sustentemur Fati potentis ope.

Supra ^o con deproberavit

M. Ulricus Amstel.

Ilicet bene! quantus nobis jam desit esse
SCHEDIUS in terris, factus de morte inopinã
Certior, obstupui, nostras capiq; dolere
nostrorumq; vires, tristis viduaq; Scholæq;
Inprimis studiosa tibi jactura juvenis
Rectoris tanti, non compensanda valore
nec facienda quidem parvi, tibi non datur auro
vel reperire parem, dignum vel habere cathedrã
Ex quo vis ligno non fit Mercurius arte
cujus vis, eadem curvis præcordia Titan
non fugit; poterit tales quis ferre labores,

profi-

proficuosq; Scholæ? nam a vis hæc rarissima nostris
temporibus. *Musa de successore futuro,*
judice me, certent, nobis non SCHEDIUS alter
expectandus erit. Defuncti functio multis
cum primis facilis, pinguis vel visa placebit.
ut meræ emptores bona si venalis habebit.

Ab Deo alme Scholæ sacri irreparabile damnatum
illotum nostra! non cæco captus amore
prosequor hunc, summi, qui dogmus laude Poëtæ,
laude mea major, laudet Virgilius ipsum
alter, landabunt hujus qui gnarviter usi
ductu carminibus, dicti præcepta secuti
evasere Viri, Rectores atq; Ministri
Verbi, grata Viros fert Curia, grata Cathedra
acceptos tibi tot doctos, mihi gratulor ipse
Te, nasci, Rectore bono, cui contingit, apta
ad Tumbam gratus tibi Reges verba Philippi,
deponam, votis nostrum repetenda parentum,
si esset res voti tantum revocare Magistrum,
Alter Aristoteles nobis tu SCHEDIUS effes.

Epistola Philippi Regis Macedoniae ad Aristotelem:

Philippus Aristoteli salutem dicit. Filium mihi genitum scito, quod equi-
dem; Diis habeo gratiam: non proinde quia natus est quam pro eo, quod
cum nasci contigit temporibus vite tue. Spero enim fore, ut eductus eru-
ditusq; abs te, dignus existat & nobis & rerum istarum successione.

Ipsius Philippi Verba græca habet A. Gellius lib. 9. c. 3. [noct.
Attic. quæ ad Memoriae aram

Nostris Dn. Rectoris jam eo è yon informationis
ab eo factæ memor deposita volo

M. Albertus Hinckel Gustr.

Pis

Prospera quadrifido præbet D
Queis seruant proprium c
Gratius ast hominis vitæ boni
Coniuge quid tribuit cor
Felices etenim sociat quos cop
Legitimoq; tenax, foeder
Durius ast nihil est, infelix aut
Par bene compositum si f
SCHEDIA tu dolor ah! hæc f
Compare dum celebri di
Constristor tecum meritò per
Et stupet ad verbum mon
Sed nihil efficimus; lacrymas
Et sustentemur Fati potest

Sup

Ilicet ben! quantus nobis jam
SCHEDIUS in terris, factum
Certior, obstupui, nostras capig
nostrorumq; vices, tristis vidua
Inprimis studiosa tibi iactura ja
Rectoris tanti, non compensana
nec facienda quidem parvi, tibi
vel reperire parem, dignum ve
Ex quo vis ligno non fit Mercu
cuius vis, eadem curvis pracora
non fingit; poterit tales quis ferr

undo;
genus-

nihil.

or,

vam

ecat,

ata,

ta,

gemens.

erq;

heravis

us Amfel.

nopina

uro

bedra

profr

